Fors ripæ colle propinquo
Barbaricus resonabat hymen:
Schyticisq; coreis
Nubebat flavo similis nova nupta marito.
Hos ergo ut perhibent stravit crepitabat ad ictus.
Cassis, & oppositis hastarũ verbera thorax
Ariebat squamis, donec conversa fugatus
Hostis terga dedit. Plaustris rutilare videres
Barbarici vaga festa thori, coniectaque passim
Fercula, captivasque dapes, cirroque madantes
Ferre coronatos redolentia serta lebetes.

sordida indutus veste, mæstus, & tristis incedens forenses tumultus devitans, corporis pallore, & macie abstinentiam simulans, libris domi, ut plurimum incumbens, & intentus, & quiete ibi vivens his artibus, & simulationibus plerosq; alliceret ad sui admirationem, nec quisquam suspicaretur, *videri potius, quam esse Christianum* malle, & *suam potius, quam* CHRISTI *gloriam quærere.* Et quia *ex alia aliam regionem peragrans instar Ægyptiacæ plagæ ad magnam Antiochiensium pervenerat urbem*, & quamvis solum *mediocriter liberalibus artibus instructus esset*, quoniam tamen *& pulcherrima, & maxima voce præditus*, mira *linguæ volubilitate, & elegantia* valebat, omniaque probabilia reddebat, & *ad popularem auram declinabat, & vanum populi applausum, ut quivis alius, aucupabatur*, mirifice hac de causa *doctus putabatur*, & sic non solum *instabile, & abiectum vulgus*, sed etiam proceres *ad sui desiderium concitavit*, etsi nequaquam *ingenuum illum, & fructuosum dicendi characterem, qui hominum animos pascere posset, imitaretur.* Imo certum est, dum tanta venustate, & vehementia *quotidie palam divina tractat eloquia, noxios quoque Iudæorum, atque Gentilium confutat errores, sacerdotes* quoque eum ingenti, *studio persequutos*, & non modo *populi favore summo*, sed etiam *magno Sanctorum amore celebratum fuisse*, & sicut *Socrates lib. 7. cap. 24. tradit, ex monacho presbyterum Antiochenum* factum, ad tantum non pervenisse, ut cum *in Sisinnii Constantinopolis Episcopi locum* alous quæreretur, & Theodosio *Imperatori propter homines inanium rerum appetentes*, & de D. Ioannis Chrysostomi causa disceptantes, & partim ipsius Ioannis, partim matris

Theodoretus in epist. ad Sporadiũ
id.
id.
id.
id.
id.
Socrates il cap. 3.
Theodoretus ibid.
Socrates ib.
Theodoretus ibid.
id.
id.
Vincẽt. Lirin. contra hæreses c. 6.
id.
id
id.
Baronius num. 19.
id.
Socrates lib. 7. ca. 29.